



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm  
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

XLVI. Dehortatio ab aucupanda inani gloria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

Lib.10.c.1.

multum profecisse cum Fabius idem judicat.  
**Quintum**, in toto Cicerone vix quidquam inventias aut sordidum, aut honestati minus consentaneum; sed ita verecundè & honestè effert id, quod quis fortè censeret minus honestum, ut etiam Christianos quosdam in hac re longissimo post se intervallo relinquat.

*In PERORATIONE monebis Auditores, ut hunc quo nemo in omni tractandi dicendique genere plura scripsit eloquentius, nemo sermonis proprietate & elegantia, nemo verborum collatione meliore, nemo perspicuitate majore, nemo ad communem usum accommodatius, legant diligenter, & virtutes eius imitantur, atque, ut ille fecit, animum honestis & necessariis artibus varia que rerum optimarum cognitione, sine qua disertus haberi nemo potest, instruant.*

#### XLVI. DE HORTATIO AB AVCV- panda inani gloria & laude.

Hier.ad Eu-  
stochium.Matt.6.v.1.  
Constit.  
nev.ç.II.

**I**N EXORDIO dices, velut umbrā corpūs, ita glo-

riam ubique etiam in intimas solitudines sequi

virtutem, ut eam mactet & perdat.

*In PROPOSITIONE: Te igitur Auditores ab hoc periculo & perniciose humanæ gloriae morbo, ab inani, inquam, gloriae, dehortaturum.*

**C**ONFIRM. I. Locus ab effectis. Quod nos omnibus virtutum thesauris, & beatitudine æterna exspoliet. Clare enim Christus dixit jejunantem, orantem, veleleemosynas dantem ut videatur ab hominibus, recepisse in hoc mundo mercedem suam, ac idcirco frustra exspectare æternam. Hac de causa B. Basilius vanam gloriam dulcem omnium spiritualium operum spoliatricem, jucundum animarum nostrarum hostem, tineam virtutum, blandissimam bendorum nostrorum deprædicem, &c.

ericem, &c. Chrysostomus verò matrem gehennæ appellavit.

II. Locus ab adjuncta eius inconstantia & utilita. Hom. 17. in epist. ad Rō.  
te. Quòd admodum fluxa & caduca sit omnis humana gloria, laus, & celebritas nominis, quam studio homines huius seculi venantur.

Hinc Apostol. ajebat: *Mihi pro minimo est ab hominibus judicari, aut ab humana die, hoc est, favore & existimatione humana.* Ipse Christus dicit: *Sic ego glorifico meipsum: gloria mea nihil est.* 1. Cor. 4. v. 5. Ioan. 8. v. 54. Sicut enim umbra corporis, quocunque tandem colore corpus imbutum sit, semper nigra est, imò nihil quod subsistat; sic omnis huius seculi gloria, quacunque tandem ex re nascatur, sive ex virtute vera, sive ex scientia, vel potentia, non nisi inane quid est, in sola opinione consistens, sive ejus qui honorat, sive qui honoratur. Hinc Sanct. Chrysostomus. *Sicut, ait, larva occultat uilitatem hominis* Hom. 43. ad usque ad vesperam, dimisso autem theatro, unusquisque pop. que apparet quod est: ita si post multas tuas laudes auditas domum revertare, & solus sis, omnis gloria defluxit, in forum processisti, presentes in te convertisti? quid amplius? nihil extinctum est: & evanuit tanquam fumus diffusus. Quanta sunt hac quæsto stoliditas? quanta dementia? Id unum itaque spectemus, quomodo Deus nos laudet. Et: Non potest gloria servus homo non omnium servus esse & ipsis servilior mancipius; nec enim talia precipimus servis nostris qualia captivis suis illa, turpia & dedecors plena negotia loqui facit, & pati, &c.

III. ab adjuncta nostra utilitate. Nam PRIMÒ, terra sumus, & in terram fortè brevi reddituri. SECUNDÒ, quia quidquid laude vel gloria dignum habemus, à Deo accepimus. Hinc Paulus ait: *Quid habes quod non acceperisti?* 1 Cor. 4. v. 7. Si autem acceperisti *quid gloriaris?* 2. Cor. 3. v. 5. quasi non acceperis? Et: Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis,

L 3 sed

Sine me sed sufficientia nostra ex Deo est. Quod si ne ad cogi-  
 nihil potestis facere. Ser. I. in Cant. Rides pueris vis, unde tibi de vita Sanctitate? Sed spiritus est qui  
 si ob plenum sanctificat, spiritus non dico tuus, sed Dei. Et si prodigium  
 lam galero impositam sibi vobis aut signis effulgeas, in manu tua flunt, sed virtute Dei.  
 An blanditur popularis favor quod verbum bonum &  
 mente forte depropromperis? sed Christus donavit os & sa-  
 ceat, quanto pientiam. Nam lingua tua quid nisi calamus scribas? &  
 magis ridet te Deus, si ob scientia, mobilitatis, vel pietatis donum immodice te  
 efferas. Pater dat filio uestes ad honestatem vel necessitatem, non ut inde  
 insolescat.

IV. Ab exemplis eorum, qui vanam gloriam contemperunt. Nonne Christus interdum noluit publicari miracula à se facta? Quid aliud fuit Ioannes Baptista; quam speculum contemptus humanae gloriae in vita habitu, & moribus? ideo enim in solitudine omnem vitam egit, ideo nec Elias nec Propheta, nec Messias, cum posset, haberet volunt; sed vox clamantis in deserto, qua nihil vanius & fragilius excogitari potest. PAULUS & Barnabas, cum Lystrenses ob sanarum claudum divinos honores eis deferre vellent, concisis tunicis suis exilierunt in turbas, clamantes & dicentes: viri quid hac facitis? PETRUS quoque & Ioannes, concurrente populo ad simile miraculum dixerunt: viri Israelita, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini quasi nostra virtute aut potestas fecerimus hunc ambulare? De Sanct. Hilarione illi scribit Sanct. Hieronym. Sexagesimo tertio vita sub anno cernens grande Monasterium, & multitudinem fratrum secum habitantium turbasque eorum qui diversis languoribus & immundis spiritibus occupatos ad se deducebant, ita ut omni genere hominum solito per circuitum repleretur, flebat quotidie & incertibili desiderio conversationis antiqua recordabatur. Interrogatus à fratribus quid haberet, sur se confiteret:

Mat. 8. v. 4.

Ioa. 1. v. 20.

Act. 14. v.

14.

Act. 3. v. 12.

Vide Speculum Cleric.

cogi-  
quā-  
Ber-  
de pul-  
est qui  
odigiu-  
te Dii,  
um &  
Et sa-  
b&? &  
st, repe-  
n con-  
uit pu-  
: Ioan-  
hum-  
o enim  
Elias:  
eri vo-  
vanius  
Barba-  
n divi-  
tunicu-  
centes:  
z: Ioa-  
aculum  
oc, au-  
otestan-  
one in-  
vit & sua  
udivem-  
rum qui  
ccupato-  
o solitu-  
incri-  
abatm-  
se confi-  
ceret?

eret? ait, rursum ad seculum redii, Et recepi mercedem meam in vita mea. En homines Palestina & vicine provinciae existimant me alicuius esse momenii. &c.

V. ab exemplis eorum, quibus vanæ gloriæ aucti-  
um malecessit, ut Luciferi, Adæ Protoplasti, Eze-  
chia Regis, & aliorum: de quibus consule Thea-  
trum Vindictæ Divinæ.

In EPILOGO monebis Auditores, ut omnes suas *Gregor.*  
actiones ad gloriam Dei ipsarum spectatoris refe- *Horn. 3. in*  
rant, & quo ad fieri potest, virtutes suas occultent *Matt.*

& occasiones captandæ gloriæ refugiant. Sicut  
enim thesaurus absconditus tutior est à latroni-  
bus, & virgo domi clausa facilius castitatem ser-  
vat, quam quæ per vias vagatur; ita virtus occul-  
tata, à vana gloria & diaboli laqueis securior est.

Sicut vestem pretiosam, inquit Chrysost. cùm in pu- *Lu. 10. v. 32*  
blico ponimus, plurimos ad insidias provocamus: si verò *Attendite,*  
domire recondamus, in tuto cuncta servabimus: sic si *&c.*  
opæ virtutum palam quasi venales assidue portemus in  
mente, inimicum incitamus ad furtum; si verò nemo  
alterid scierit, nisi quem nulla occulta latent, tutissimo  
in loco consistent.

## XLVII. DE HORTATIO A GVLA.

seu ingluvie ventris.

IN EXORDIO dices, Sacram Scripturam non se-  
mel nos hortari, ut fugiamus intemperantiam  
cibi & potus, ut Prov. 23. v. 20. Noli esse in conviviis  
potatorum, nec in comeditionibus eorum, qui carnes ad  
vesendum conferunt. Syr. 3. v. 19. Ut eremus homo  
frugibus, quæ tibi apponuntur, ne, cùm manducas mul-  
tum odio habearis. Ad Rom. 13. v. 13. Sicut in die ho-  
nestè ambulemus, non in comeditionibus, & ebrie-  
tatibus, &c.

PROPOSITIO: Te etiam auditores ab hoc vi-  
cio dehortaturum.